



Reinoldus multis corporis & animi dotibus
 rexonatus fuit. Vnde cū Ecclesia Coloniens-
 is suo præfule destitueretur, omnium cōsensu e-
 ius loci Archiepiscopus electus est. Erat enim eru-
 ditione & innocentia uitæ omnibus notus. Eam
 functionē magna dexteritate administrabat, atq̃
 suam ecclesiam uerbo & exemplo egregiē institu-
 ebat. Itaq̃ factū ut Friderico I. Cæsari gratissimus
 extiterit, ita ut eum inter intimos suos cōsiliarios
 ascuerit. Cum ergo Fridericus in Italiam armata
 manu proficisceretur, atq̃ Mediolanenses punire
 decreuerat, hunc Reinoldum secum sumpsit, atq̃
 in magno pretio ob præclaras eius uirtutes habu-

it. Postea etiam cum ubiq̃ in Italia uictor existeret, trium magorum corpora
 Mediolani acquisita ei donat. Ea Reinoldus anno 1164. secum Coloniā retu-
 lit, atq̃ magna solēnitate in sua Ecclesia collocauit. Cum hoc modo diu suam
 ditionem administrasset, tandem moriens magno omnium luctu à suis sepul-
 tus est. Anon.